

Christus, hanc præsentiam evertunt. Utrumque enim credendum est: Et Christum habere verum corpus humanum: Et illud ipsum corpus esse in S. Cœna præsens, & mediante pane manducari, sicut verba Christi in institutione Cœnæ aperte testantur.

*DISPUTATIO XXII.*  
*DE COENA DOMINICÆ.*

*THESIS I.*

**S**implex, proprius, & natus sensus verborum institutionis Cœnæ Dominicæ est retinendus.

2. Potest Filius Dei suo corpore id, quod verba Cœnæ sonant, præstare & efficere.
3. Horrenda est depravatio verborum, *Act.*
3. Oportet Christum cœlum accipere: quæ quidam sic exponunt, ut dicant: Christum suo corpore uno aliquo certo cœli loco capi, contineri, comprehendi & concludi, ita ut usque ad extremum diem alibi esse non velit, nec possit.
4. Adscensio in cœlos, & transitus ex hoc mundo non evertunt præsentiam Christi in Cœna: multoq; minùs sessio ad dextram majestatis & potentia Dei.
5. Unio duarum in Christo naturarum hypostatica, & quæ inde nascitur communicatio majestatis, veram Christi præsentiam stabilis.

6. Fi-